



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitvlvm I. in Sexto. Animarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

Animarum.

PARAPHRASIS.

Bonifacius VIII. severe prohibet Religiosis, & Clericis secularibus, ne aliquens ad vouendum, jurandum, aut promittendum inducant, ut apud ipsorum Ecclesiam eligat sepulturam, vel iam electam ulterius non immutet; quod si secus actum fuerit, electio sepulturæ irrita erit, & quæ occasione sepulturæ provenerunt, restitui debent Ecclesiæ, in qua de jure corpus sepeliri deberet, si sepultura electa non esset: quod si restitutionem non faciant, Ecclesiæ ipsorum, in quibus corpora ita sepulta fuerunt, ipso facta sint, & maneat supposita interdicto, donec plena, & sepulcorum corporum, & oblationum, fiat restitutio. Videri possunt, quæ dixi in c. cum liberum 6. hoc tit. & Suarez de censuris disp. 37. s. 1. ubi hoc jure latum interdictum explicat.

CAPITULUM II.

Cum quis.

PARAPHRASIS.

Si quis, cujus Majores soliti sunt in aliqua Ecclesia v. g. Regularium sepeliri, eam dimissa, in alia Ecclesia extra suam parochiam Sepulturam sibi elegerit, portio Canonica non Ecclesiæ, in qua sepultura Majorum est, sed illi Ecclesiæ, in qua officia divina defunctus audivit, & Ecclesiastica Sacramenta percepit, provenire debet.

SUMMARIUM.

1. Portio Canonica debetur Ecclesiæ parochiali, quando extra parochiam, in alia Ecclesia, defunctus sepelitur.
2. Quid faciendum, si quis duo domicilia habeat?

X x 2

3. Sepul-

nis, præsertim eo tempore, quo periculum in mora est, sufficit cautio de satisfaciendo. Quæ de re dixi lib. 1. tra. 5. p. 2. c. ult. n. 8. Videri etiam debet lib. 5. tra. 6. c. 12.

Notandum secundum, Obligatio satisfaciendi læsis transit ad hæredes, secundum quantitatem bonorum ad ipsos peruenientium. Verùm distinguendum est, utrum agatur duntaxat de injuria illata sine damno, pecuniâ æstimabili; an verò agatur de satisfactione propter illatum damnum, v. g. in homicidio, furto &c. Prior illa obligatio ordinariè non transit ad hæredem. *S. non autem Inst. de perpetuis, & temporalibus actionibus*, nisi his cum defuncto contestata fuerit. *L. unica C. de delictis defunctorum*, quia per litis contestationem, veluti contrahunt partes inter se; at verò, si ex contractu orta sit obligatio, eam ad hæredes transire certum est. Posterior autem obligatio, quæ oritur ex damno voluntariè dato per maleficium, aut quasi maleficium, ad hæredes transit, saltem secundum Canonicum, & conscientie forum, ut colligitur ex hoc c. & c. 1. de raprobis c. 2. de usuris in 6. & explicavi lib. 3. tra. 2. c. 6. n. 3. & 4.

Adde, si damnum non sit illatum, sed sola injuria, tunc actionem quidem non competere adversus hæredem, cum actio criminalis personalis sit, hæredi, & adversus hæredem non competens, ut docui lib. 3. tra. 6. c. 1. n. 5. tamen injuriam passus judicis officium implorare potest, ut hæres, ad quem bona injuriam inferentis pervenit (si is de satisfaciendo ante absolutionem, juratoriam v. g. cautionem fecit) compellatur, ad exonerandam animam defuncti, pro ipso satisfacere, sicuti hic Innoc. docet.

